Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30288
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

cirabantur omnes.

Cum audissent autem apli qui fuerunt in hierlm. quia samaria suscepit uerbu dni. miserunt ad illos Petrum et Iohnem. Qui cum uenissent orauerunt p ipsis. ut accipent spm scm. Non dum enim in quemquam illorum uenerat. sed baptizati sunt tm in nomine dni ihu xpi. Tunc imponebant manus sup illos. et accipiebant spm scm. Cum uidisset symon quia p impositionem manuum apl̃orum daretur spe ses. obtulit eis pecuniam dicens. Date mihi hanc potestatem ut cuicumq; imposuero manus. accipiat spm scm. Petrus autem dixit. Pecunia tua tecum sit in interitu. quoniam donum dei existimasti pecunia possidere. Non est tibi pars neq; sors in sermone isto. cor enim tuum non est rectum coram deo. Penitentiam igitur age de hac nequitia tua. roga dm si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. in felle enim amaritudinis. et obligatione iniquitatis. uideo te esse. Respondens autem symon dixit. Precamini uos p me dm. ut nihil uenat super me aliquid horum que dixistis. Et illi testificati sunt locuti q; uerbum dni redierunt hierosolima. multisq; regionibus samaritanorum euangelizauerunt dnm.

Factum est autem Petrus dum transiret uniuersos. qui habitauerunt lidde. et deueniret ad sanctos. Inuenit autem ibi hominem quendam nomine eneam ab annis octo iacentem in grabato. qui erat paralyticus. dixit illi Petrus. Enea sanet te dns ihc xpc. Surge et sterne tibi. Continuo surrexit. et uiderunt illum omnes qui habitauerunt lidde. et sarone qui conuersi sunt ad dnm. In ioppe autem fuit quedam discipula nomine thabita. quae interpretata dicitur dorcas. Hec fuit plena operibus bonis et elemosinis que fecit factum est in diebus illis. ut infirmata morteretur. Quam cum lauissent. posuerunt in cenaculum. Cum igitur ppe fuisset lidda ab ioppe. discipuli audientes quia Petrus esset in ea. miserunt duos uiros ad eum rogantes ne pigriteris uenire ad nos. Exsurgens Petrus. uenit cum illis. Et cum uenisset. duxerunt illum in cenaculum. et circumsteterunt illum uidue flentes et demonstrantes tunicas et uestes. quas faciebat illis dorcas. Eiectis autem omnibus foras. ponens Petrus genua orabat. Conuersus q; ad corpus. dixit. Thabita surge. At illa aperuit oculos suos. uisq; Petro resedit. Dans autem illi manum erexit eam. Et cum uocasset sanctos ac uiduas. assignauit illam uiuam. Hoc autem factum est p uniuersam ioppen. et crediderunt multi in dnm.

Eodem tempore misit herodes rex. ut affligeret quosdam de ecclia. Videns autem quia iudeis placeret. apposuit ut apprehenderet Petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset. misit in carcerem. tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum. uolens post pascha producere eum populo. Petrus quidem seruabatur in carcere. fiebat autem oratio sine intermissione ab ecclia ad dm p eo. Cum autem producturus eum esset herodes. in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites. uinctus duabus catenis. custodes custodiebant ante ostium carcerem. Et ecce angelus dni astitit. et lumen refulsit in habitaculo carceris. percussoq; latere Petri. suscitauit eum dicens. Surge uelociter. Et continuo ceciderunt catene de manibus eius. Dixit autem angelus ad Petrum. Precingere et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi uestimentum tuum. et sequere me. Et exiens sequebatur eum. et nesciuit quia uerum est qd fiebat p angelum. estimabat enim se uisum uidere. Transeuntes autem primam et secundam custodiam. uenerunt ad portam ferream que ducit ad ciuitatem. que ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum. et continuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit. Nunc scio uere. quia misit dns angelum suum. et eripuit me de manu herodis. et de omni expectatione plebis iudeorum.

Quis ita gestis suspicatur quidam symon samaritanus genere. qui diuinis miraculis Petri pecunia comparare uoluit donum spiritalem. qui se magnum et perpetualiter stantem esse dixit. permittens illos qui in se crediderunt prius dissoluere non posse. Hic igitur Petri capiens uias euertere. et ea que docuit ad uitium reuocare. Diem enim constituit. in quo conuenientibus turbis ad disputandum cum Petro presens adesset. Erat enim Petrus tunc apud cesaream stratonis. Igitur illuscescente statua